



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 25. De bonis traditis in villa Honesleva in pago Norththuringi, nec non
de Ennone comite.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno 822 usque 826 imperante Hludouuico et gubernante Corbeiam Adalardo. erit traditio si autem firma permaneat et post obitum marscalci II uillaf supradictaf dallengebudli et boclo et monasterium habitatores loci statim recipiat tertiam uero quae uocatur *odenbus* uxor eius usque ad obitum suum possideat post cuius obitum ad monasterium reuertatur hereditas et sunt ibi manentes *homines* (T) tam liti quam etiam serui XVIII testes hunc oro teodi isti adalheri ricbold maynulf aldulf meynheri hunold oddo ido suitger uualdric uuihric teto eilbert firio folcher tiadheri rotheri addric cio amalric beuo numero XXV.

§. 25.

Tradidit uuulhard in uilla nuncupante *honesleua* (U) quidquid ibi habuit testes *enno comes* (V) bacco hadulf filius tancult uualdman oflet osman (W) oio halmar uuilun uuidger geio eilhard tancred.

TRA-

De vocabulo *Hominis*.

(T) Vocabulum *hominis* in nostris documentis Corbeiensibus diuersimode usurpatur. In illis enim deprehendimus homines nobiles abbatiae Corbeiensis, quorum munus erat prouidere securitati et utilitati ecclesiae Corbeiensis, operamque dare regis interdum legationibus, ubi opus erat, exequendis, idcirco illis ab ipso imperatore Hludouuico datum erat, ne vnquam in expeditionem bellicam ire deberent, ut probant litterae infra §. 104. atque in Additamentis sub num. 1. adductae. Alii erant homines ingenui seu ministeriales, et longe honestiores, quam homines liti et serui. Hi erant glebae mancipati, dicunturque passim Eromeggere, Huslude et egene Lude. Si ergo *manentes homines* tam liti quam seruos uerbis teutonicis exprimere satagis, dicendi essent: Erbmeier, Hausitzende et eigene Leute.

De uilla *Honesleua*.

(U) Villam *Honesleua* fuisse in pago *Northburingi*, refert abbas noster Saracho in Registro B. et P. A. C. Probabilissime ea erit *Hausleben* non procul ab urbe Helmitadio.

De comite *Enno*, atque anno eorumuali S. Adalardi Corbeiensis abbatis.

(V) De *Enno comite* vid. supra §. 20. not. (G) Hic inter testes postrema vice reperitur, et in sequentibus traditionibus alios testes, et quidem e familia abbatum Corbeiensis *Warini*, sapissime deprehendimus. Coniucimus inde, S. *Adalardum* in vtraque Corbeia abbatem, post haec abiisse in Franciam, ubi in *Corbeia aurea triduo ante natalem domini febr. correptus, anno 826. secundo die Ianuarii dulcissime spiritum emisit supremum*, ut testantur Vitae *Adalardi* nostri in *Actis Sanctorum*, a Io. Bollando et Godefr. Henfchenio Antwerpiae 1643. editis 2 Ianuarii, quarum vna scripta a Paschasio Raberto, atque altera a S. Gerardo abbate Siluae Maioris, quae conferantur p. 109. seq. et p. 117. Discessio autem et mortuo S. *Adalardo*, *Enno comes* Corbeiam nostram nunquam rediisse videtur, et sine dubio non multo post in comitatu suo ex hac vita quoque migravit. Infra enim §. 64. eum iam inter mortuos deprehendimus. Interim nouam uolumus inchoare sectionem, et immutare annorum consignationem ad marginem adpositam.

(W) Hic deprehendimus iterum nomen inter Turcas usitatum.

